


SE SUSCRIBE EN TOLEDO, LIBRERIA DE FANDO.

SE PUBLICA TODOS LOS SÁBADOS.

Este Boletín está dedicado á la circulación de las comunicaciones oficiales del Arzobispado y demás que convenga al interés del Clero.



Los señores eclesiásticos que no le reciban á tiempo, harán la reclamación dentro del término de 20 días, pasados los cuales no será atendida.

BOLETIN ECLESIASTICO DEL ARZOBISPADO DE TOLEDO.

INFORME RAZONADO

ESCRITO POR EL SECRETARIO DE LA SAGRADA CONGREGACION PARA LA CORRECION DEL MISAL ROMANO, CON LAS RESOLUCIONES Y DECRETOS EXPEDIDOS.

(Continuacion.)

DUBIUM VIII.

In omnibus antiquis editionibus Missalis Romani, non exclusis illis Clementis VIII et Urbani VIII immediate ante missam Purificationis Beatae Mariæ Virginis ita legitur: *Finita processione... candelæ tenentur in manibus accensæ dum legitur evangelium, et iterum ad elevationem sacramenti usque ad communionem.* Huic rubricæ in recentibus editionibus adjuncta fuerunt hæc alia verba ad litteram desumpta ex cærimoniali episcoporum lib. 2, cap. 16, n. 19: *Si vero missa fuerit de Dominica, candelæ non accenduntur.* Insicari nequit additamentum istud in se spectatum eam utilitatem præseferre, ut rubricæ uberioris declarandæ optime inserviat, ipsaque verba, quibus conceptum fuit quatenus derivata ex cærimoniali episcoporum, vim legis habere. Nihilominus quum eadem additio, nova sit, et privato tantum arbitrio facta; quæritur.

Utrum eadem conservari, an potius supprimi debeat?

DUBIUM IX.

Duo festa septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis, quorum alterum affixum est feriæ sextæ post dominicam Passionis; alterum vero dominicæ III Septembris reguntur quoad modum translationis non à generalibus breviarii et Missalis

Romani rubricis, sed à legibus omnino propriis, quæ inter prædictas rubricas minime continentur.

Siquidem de primo illo festo cautum est, ut quando celebrari nequit feria IV pos dominicam Passionis, vel in sequenti sabbato, illo anno omittatur nec transferatur ad tempus paschale.

Ita definita Sacra Rituum Congregatio in Cordubæ, die 3 Septembris 1672 ad 3 et 4 (n. 2594).

De secundo autem festo duo extant decreta *Urbis et Orbis* dierum 18 Septembris 1814 et 19 Augusti 1817 (n. 4513 et 4541) quibus regulæ illud transferendi de una in aliam dominicam fuse declarantur.

Jam vero quum ad sacerdotium instructionem peropportunum videatur ut de modo eadem festa transferendi aliquid adnotetur in novo missali quæratur.

An ante missam utriusque festi sit apponenda peculiaris rubrica, qua ordo translationis declaretur ad formam prædictorum decretorum?

DUBIUM X.

Quod in præcedenti dubio notandum fuit, quum locum quoque habeat relate ad festum Preiosissimi Sanguinis dominica 1 Julii juxta decretum *Urbis et Orbis* datum Cajetæ die 10 Augusti 1849 (n. 5143): quæritur.

An ante missam hujus festi apponi debeat peculiaris rubrica ex verbis prædicti decreti desumenda?

DUBIUM XI.

Postquam Sacra Rituum Congregatio in Re-